GOBIERNO DE ARAGÓN

Illustrissimo, et Reverendissimo Domino Archiepiscopo Caesaraugus-
tano, illiusque Vicario Generali, et Officialis, alijsque Episcopis, Abba-
tis, Prelatis, et Iudicibus Ecclesiasticis, ordinarijs, et ab eis delegatis, nec-
non etiam Vicecancellario, Regenti Officium Generalis Gubernationis
in Regno Aragonum, illiusque ordinario Assessori. Zalmedinae, et
Iudicibus ordinarijs Civitatum, Villarum, Locorum huiusmodi Reg-
ni. Alguazirijs, Portarijs, Virgarijs, et alijs Regis Officialibus, Regiam
et secularem iurisdictionem intra dictum Regnum existentibus
et vestrum cuilibet Petrus Marcilla iurisperitus locumte-
nens multum magnifici, et circumspecti viri Domini Laurentij Fer-
nandez de Heredia Militis Maiestatis Domini nostri Regis Con-
siliarij et Iustitiae Aragonum. V. D. salutem et dilectionem per
Discretum Ioannem de Aguda Notarium Causidicum Caesara-
gustanum, ut Procuratorum, et eo nomine Rectorum Magni-
ficorum Dominorum Regitorum Hospitalis Regalis et Generalis
Beatae Mariae de Gratia Civitatis Caesaraugustanae, nec non Pro-
curatorum, et domesticorum familiarium Ministrorum, et Servi-
torum eiusdem Hospitalis Generalis, nec non etiam Admodum Reverendi
in Sacra theologia Magister Dominici de Luna Canonicorum
Sedis Civitatis Caesaraugustanae Regitorum Ministrorum et Re-

GOBIERNO DE ARAGON

ceptorum eiusdem Hospitalis Regalis, et Generalis, ac etiam Joan-
nis de Cantavilla, et Hieronymi de Bolea Receptorum Didaci
Sarda Scriba portionis Bernardi Martin Rationalis Joannis de
Alfajarin Notarij eiusdem Hospitalis Generalis, ac etiam Domino-
rum Alfonsi Muñoz de Pamplona, Gabrielis de Sancta Cruz, et
Ludovici dela Cavalleria. I.V. Advocatorum Hospitalis eiusdem Ge-
neralis, ac etiam Damiani Miro, et Joannis de Agreda Procurato-
rum causarum concernentium utilitatem dicti Hospitalis Regalis,
et Generalis, ac etiam Joannis Michaelis Figuerola et Dominici Sa-
niza, alias Surt, Martini de Agreda, et Michaelis Ferrer, Procu-
ratores dictæ domus, ac etiam Petri Rodriguez Vicarij, Michaelis
Franco Beneficiati, Hieronymi Calvo Beneficiati. Antonij Ber-
cosa Sacrista, Francisci Ximenez Contrabajo, Michaelis Contral-
to, Francisci Naser, Francisci Provenza Infirmarii maioris Fran-
cisci Gomez, Philippi Giner, Caroli de Espinosa, Petri Ferrer, Pe-
tri Ximenez, et Michaelis Sanz Beneficiatorum, et Clerico-
rum dictæ Domus, ac etiam Bartholomei de Sena Maioris domi
Hieronymi de Faros, Ignacij de Exea, Petri Garcia, Antonij
Ribera Veedoris Didaci Diest Apothecarij Gasparis de Quinta-
nilla, Dominici Ortiz, Ægidij Diest, Joannis de Torres, Joan-
nes Aggelitano, Eximinij de Salazar, Luqui de Ortiz, Ferdi-

nandi Lazaro, Petri Lallart, Joannis Romano Linares, Mar-
tini de Soria, Joannis del Pont, Joannis Izquierdo, et Dominici Na-
varro Servitorum, Familiarum, et Domesticorum, dictæ Domus, et
cuiuslibet eorum, tam coniunctim, quam divisim. Expositum exti-
tit coram nobis. Quod prædicti eius principalis, et eorum cuiuslibet
fuerunt, erant, et sunt Regnicolæ præsentis Regni Aragonum, et
gaudent, gaudereque possunt, valent, et intendent omnibus, et singu-
lis Foris, privilegium, exceptionibus, et immunitatibus, cæteris Reg-
nicolis præsenti Regni concessis, pariter, et indultis. Item dixit dictus
Procurator quod in præsenti Civitate Cæsaraugustæ, a quinquaginta
annis continuus citra, et ultra usquenunc, et die præsenti fuit, erat,
et est constitutum, erectum, et ædificatu, servatis, servandis, et tã Au-
thoritate Apostolica, quam Regia quoddam insigne Regale Hospitale
Generale, sub vocabulo Beatæ Mariæ de Gratia, in quo recipiun-
tur, et curantur Languentes cuiuscumque morbi etiam contagiosi,
recipiuntur et nutriuntur expositi, et fœminæ ex his maritantur viri
vero partibus honestis, et bonis moribus instruuntur, dementes vero fu-
riosos, quæ amentes custodiuntur, et aliter pluraque alia opera miseri-
cordiæ exercentur per Rectores, Servitores, Ministros, Patronos, Pro-
curatores, negotiorum gestores Familiares, Domesticos, et alios

pre dicti Hospitalis Officiales, quod quidem Hospitalis per Christi
fideles porrectas, concessas, et oblatas administrant, custodiunt, et de
fendunt augent, et modis omnibus protegunt praedicti Officiales prin
cipalis dicti Procuratoris, et in his intendunt semper cum, et fuit ve
rum, publicum, manifestum, et notorium. Item dixit dictus Procurator
quod praedicti Hospitalis Bonorum, iurium, et rerum illius fue
runt, et sunt Regitores, Factores, Administratores, negotiorum gesto
res, Patroni, Procuratores Ministri, Ministri, et Administratores prae
dicti superius nominati, principales dicti Procuratoris (videlicet)
dicti Didacus Diez, in Sacra Theologia Magister, Dominicus de
Luna Canonicus Sedis Caesaraugustae; Regitores, Receptores, et Admi
nistratores eiusdem Hospitalis Regalis, et Generalis, ac etiam Jo
annis de Cantavilla, Hieronymus de Bolea Receptoris, Didacus Par
da, Scriba Rationis, Bernardus Martinez Rationalis, Joannis la
Alfajarin, Notarius eiusdem Hospitalis Generalis, ac etiam Domi
ni Alphonsus Muñoz de Pamplona, Gabriel de Santa Cruz, et Lu
dovicus de la Cavalleria et J.V. Doctor Advocati eiusdem Ho
spitalis Generalis, ac etiam Dominicus Mizo, et Joannes de Agre
da, Procuratores causarum concernentium utilitatem dicti
Hospitalis Realis, et Generalis, ac etiam Joannes Michael Figue
rola, et Dominicus Paniza alias Ruiz, Martinus de Agreda,
et Michael Ferrer, Procuratorum dictae Domus, ac etiam Petrus

Rodriguez Vicarius, Michael Francisco Beneficiatus, Hie
ronymus Calvo Beneficiatus, Antonius Berceo Sacrista, Fran
ciscus Ximenez Contrabajo, Michael Contralto, Franciscus Mazo
Franciscus Moença, Infirmarius Maior, Franciscus Lopez Phili
ppus de Piner, Carolus de Espinosa, Petrus Ferter, Petrus Xime
nez, et Michael Sanz, Beneficiati, et Clerici dictae Domus, ac
etiam Bartholomeus de Sena Mayordomo, Hieronymus de
Fano, Enricus de Exea, Petrus Garcia, Antonius Ribera Veedor,
Didacus Diez Apothecarius, Gaspar Quintanilla, Dominicus Or
tiz Aegidius Diez, Joannes de Torres, Joannes Agellicano Exi
minus de Salazar, Lupus de Ortiz, Ferdinandus de Lazaro
Petrus Goallart, Joannes Romano Ginoves, Martinus de Soria
Joannes de Port, Joannes Izquierdo, et Dominicus Navarro, ser
vitores, Familiares, et Domestici, ac continui Comensales dictae Do
mus, qui quidem principales dicti Procuratoris respective, fuerunt,
erant, et sunt Regitores, Administratores, Officiales, et Ministri
ac homines dicti Hospitalis, ac gaudent, gaudereque volunt, et
intendunt omnibus et singulis Foris, privilegiis, indultis, exem
ptionibus libertatibus, et immunitatibus, caeterisque praeeminentiis, p

præ dicto Hospitali Regitoribus, Officialibus, et Ministris, ac Ser-
vitoribus illius concessis pariter, et indultis, et pro talibus se teru-
erunt, et tenent tractant et nominant, et reputant, et fuerunt,
erant, et sunt habiti, tenti, nominati, et reputati communiter ab
omnibus de eis, et de prædictis, veram notitiam habentibus. Item
dixit dictus Procurator, quod felicis recordationis Clemens
Papa VII. attendens et considerans, quod Hospitali prædicto
Beatæ Mariæ de Gratia Cæsaraugustano, in quo languentes
infirmi quicunque etiam incurabili morbo laborantes, ac expositi,
et dementes, etiam furiosi, quam dementes curantur, guber-
nantur, et sustentantur, instruuntur, nec expositæ Virgines ad
ætatem perfectam pervenientes matrimonio nutriuntur, aliaque
plurima charitatis opera exercentibus, facultates pro maiori
parte in eleemosynis consistuntur, et a Regitoribus, patroni, pro-
curatoribus, servitoribus, et aliis officialibus prædictis, et ministris
defenduntur, tuentur, protegunturque, et necessaria ministrantur
Hospitale prædictum dictosque Officiales, et ministros prium, et me-
ritorum exiti cupiens specialibus gratis muneribus confo-
vere, authoritate Apostolica prædictum Hospitale Regitoribus,
administratoribus, procuratoribus, familiaribus, et œconomis, et
aliis personis et officialibus prædictis in præmissis, gerendis, et

gubernandis intendentibus etiam ad tempus vel de prædictis ali-
quam specialem curam habentibus de rebus eiusdem Hospita-
lis, et operibus charitatis quæ ibi exercentur tunc, et pro tempo-
re gerentibus omnia et singula privilegia, indulta exemptiones,
libertates, immunitates, et prærogativas quibus Confratres Con-
fraternitates Charitatis nuncupatæ in alma Urbe institutæ, et Ar-
chihospitalis Beatæ Mariæ de Populo Sancti Iacobi in Augusta
de Urbe ac Sancti Spiritus in Saxia, nec non Capellæ Campi Sancti
de Urbe Rectores, servitores, administratores, servitores, familiares
et eo nomine, et aliæ personæ ex quibus indulgentiis, et gratiis
atque concessionibus felicis recordationis Leonis Papæ X. et quo-
rumcunque aliorum Romanorum Pontificum suorum prædeces-
sorum, et Sedis Apostolicæ quorum omnium tenores, ac si de ver-
bo ad verbum insererentur pro expressis habent, et ex causis in illis
expressis utebantur, potiebantur, et gaudebantur, quolibetque po-
terant, et vallebant, et in futurum poterunt, concessit et indulsit
Bulla, ac de causa concessa, et in debita forma expedita median-
te. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Domini-
cæ millesimo quingentesimo vigesimo quinto Idus Martii Ponti-
ficatus Sanctitatis suæ anno tertio ad quam Procurator præ-

GOBIERNO DE ARAGON

dictus se refert, et de illa promptam fidem fecit, vult illam, et in
ea contenta hic inseri, et hab. ei loco et pro parte horum reo
rum presentium prepositorum, ac si de verbo ad verbum
hic esset inserta capitulata, et incorporata. Item dixit dictus
Procurator, quod inter alias exemptiones predictas prerogati-
vas libertates, et immunitates concessas per dictum Sanctissi-
mum Clementem Papam VII dicti Hospitalis et illius servito-
ribus, et protectoribus expressas habetur in Bulla per fe-
licis recordationis Leonem Papam X. Hospitali Sancti Iacobi
de Augusta in Urbe concessa, et dicto Hospitali Beate Ma-
rie de Gratia pretempore, quod dictum Hospitale, servitores,
et persone predicte illorumque res, et bona presentia mobi-
lia et immobilia, presentia, et futura ab omni iure quorum
cumque Parrochorum Ecclesiasticorum infra quorum li-
mites existant seu quorum Parochiam pro tempore existentium
iurisdictione dominio potestate visitatione et correctione Pa-
triarcharum Archiepiscoporum, et aliorum Episcoporum or-
dinariorum, suorumque Officialium Vicariorum Comissa-
riorum, et aliorum quorumcumque etiam Apostolicorum
Syndicum delegatorum tam Ecclesiasticorum, quam se-
cularium, etiam Nuntij ordinarij, et aliis qualitercumque

qualificati fuerint eximuit authoritate Apostolica, et tota-
liter liberavit, ac sub Beati Petri patrocinij, ac Sedis Aposto-
lice patrocinio suscepit a Romano Pontifice pro tempore exi-
stente immediate subiecit; taliterque Patriarche Archiepisco-
pi, Episcopi, Ordinarij Officialibus Vicarij Commissarij Recto-
res et Iudices prefati etiam Ecclesiastici que Seculares presentes,
et futuri nullam iurisdictionem superioritatem dominium po-
testatem, visitationem, ac correctionem in Hospitalis mem-
bra ac personas servitores, et res, et bona mobilia, exceden-
tia presentia et futura, habita et habenda prorsus exemptas
et exempta etiam ratione cuiuscumque delicti ac contractus v-
niti de quo aserit ubicumque committat delictum inhiat con-
tractus aut res ipsa consistat in bonis nec personis prefa-
tis exercere seu excomunicationis suspensionis, interdicti
seu alias sententias, censuras, et penas promulgare ne-
queant aliquo modo pro ut per tenorem predicte Bu-
lle Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis
Dominice millesimo quingentesimo sexto, decimo quarto
calendas Iunij Pontificatus sanctitatis sue anno quarto
latius continetur; nec non felicis recordationis Sixtus

Papa iii sua Bulla mediante Hospitali sancti Spiritus in
Saxia, illiusque praeceptoribus, fratribus, personis, ac famila
ribus Apostolica Authoritate indulsit et concessit, quod ipsi
respective suarum personarum et bonorum essent libe
ri, et immunes ab omni iurisdictione, superioritate, dominio,
et potestate quorumcunque Iudicum Ordinariorum, et de
legatorum eximuit et totaliter liberavit, ac pro sui exemp
tis et liberis, exempta, et libera fore, aut sue sanctitati, et
dicte Sedis dumtaxat omnia subiacere voluit in perpetuum
etiam ratione delicti aut contractus, aut rei de qua agitur
ubicunque delictum committatur inhiatur contractus, aut res
ipsa consistat in eos, et in ea tanquam prorsus exempta iu
risdictionem, dominium, potestatem, superioritatem quam
libet exercere sententias aut censuras vel penas pro
mulgare aut in iudicium evocari quovis modo directe vel
indirecte inquietari, vel molestari per quoscunque Iudices
penitus prohibuit, decernens omnes et singulos Processus, sen
tentias, Censuras, et penas quas, et quae contra exemptio
nem liberalitatem, suppressionem, decretum, et declaratio
nem huiusmodi forsam haberi, et promulgari, necnon quid
quid secus super his a quoquam quavis Authoritate scien

ter vel ignoranter contingerent attentari irrita, et inania,
nulliusque roboris, et momenti declaravit, et a quocunque de
claravit, voluit, et mandavit pro ut per tenorem Bulle A
postolice predicte Dat. Rome apud sanctum Petrum anno
Incarnationis Dominice millesimo quadragesimo octuage
simo tertio Idus Februarii, sue sanctitatis Pontificatus
anno tertio decimo, quae omnia fuerunt praeterea per Bu
llam Apostolicam predictam Hospitalis huiusmodi Beate
Marie de Gratia illius ministris, et personis, pro ut supra dic
tum est. Item dixit dictus Procurator, quod transumptis,
et habitis coram Auditore Camere Apostolice, et seu illius lo
cumtenente ac illius mandato quarumcunque Bullarum A
postolicarum aut instrumentorum autenticorum, aut privi
legiorum originalium coram dicto auditore aut eius locum
tenente exhibitorum modis et formis, quibus surrepsum pre
dictarum Bullarum de verbo ad verbum fuit transump
tatum, et factum manu alicuius publici tabellionis, et cum sigillo
auditoris Camere prefatus sigillatis seu impendet munitis tam in
iuditio, quam extra, tam in Romana Curia, quam in partibus
plena et indubitata fides adhibetur pro ut in originalibus a

GOBIERNO DE ARAGON

quibus sumptum et adhibere debet, valet, et potest, et refuit,
erat, et est unitatum, et practicatum, utiturque, et placita
tur, et de stylo et consuetudine predicte Audientie Camere
Apostolice et aliorum Tribunali fuit, erat, et est observa
tum, utitatum, et practicatur, utitur, et practicatur ab [illegible]
X. XX. XXX. et L. anni citra et ultra continue usque nunc
et de presenti, continue et talis de predictis erat et est vox
comunis opinio gentium credentis populi comuni dictum
et fama publica ubi supra. Item dixit dictus Procura
tor quod Philippus Quintilius de Civitate Castellana cuius
manu et signo predictum sumptum superius mentionatum
fuit, erat, et est munitum, et subscriptum in anno nativi
tate Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto Men
sis Octobris Pontificatus felicis recordationis Clementis
Pape VII anno tertio fuit, erat, et est publicus Imperiali
authoritate Notarius, et curarum Camere Apostolice Tabellio
et Scriba, et pro tali habitus nominatus, et reputatus, et
ut plures tam iudicialibus, quam forensibus, quam ex
traiudicialibus ab illo recepti et per eum et Scribam, et
Tabellionem prefatum testificatus et suis manu et signato

subsignatis, et authorizatis, et per tabellionem publicum re
ceptis et in publicam formam extractis plena fides adhibe
tur tam in iudicio, quam extra, tam in Romana Curia, quam
in partibus, et ita est verum publicum manifestum, et
notorium. Item dixit dictus Procurator, quod sigillum
pendens in dicto sumpto, et quo illud est munitum fuit
et est sigillum auditoris Camere Apostolice quiddam lit
teris sumptis, et aliis a predicto auditore, et illius audi
entia ordinaria emanatione solitum est et consuetum
apponi, et pro tali habitum tentum, et reputatum
comuniter ab omnibus, et eis, et de predictis veram no
titiam habentibus. Quibus omnibus principalibus di
cti Procuratores, Rectores, administratores, patroni
procuratoribus, negotiorum gestores, atque servientes
dicto Hospitali gaudent, et potiuntur, gaudere, et potiri
valeant possunt, et intendunt dicta quorum familiari
tate ministerio et servitio prefati durantibus, et in po
ssessione seu quasi illorum debuerunt, et debent manu
teneri, protegique defendi, et in his nec in eorum [illegible]

quo nomine turbari, vexari, molestari aut inquietari
ā quoquam. Attamen predicti minime inspecti neque con
sideratis ad notitiam dictorum principalis dicti Procura
toris pervenit seu eiusdem dare fuit intelligi quod
V. D. ceteris vero prenominati quilibet seu alter ex
vobis ex vestris preteris officijs, et seu ad instantiam imo
potius importunitatem nonnullarum personarum cor
porum universitatem aut Collegiorum vestris conarmini
et intenditis procedere, seu procedi facere seu mandare
criminaliter seu Civiliter, seu mixtim ad captionem per
sonarum dictorum principalium dicti Procuratoris seu
alicuius eorum captos tenendum, seu criminaliter citan
dum et illos distringuendum, et compellendum ad subeun
dum iudicium coram illis, et respondendum querelam de
his habentibus tam ratione delicti que pretendaliter co
missi intra illorum territorij respective, et seu ratio con
tractus inhibi initi, aut ratione rei super qua agere in
tendunt ibi consistentis necnon ad bona dicti Hospitali et
ipsorum dictorum principalium dicti Procuratoris inventa
riandum conscribendum, et executandum, pignoran
dum, et distrahendum ratione et pretextu delicti contractus

seu quasi aliosque processus procedimenta, et enanta
menta indebitis indebita valde prejudiciales, et preju
dicialia faciendum intentandum, enantandum, et
prosequendum contra tenorem privelegiorum predic
torum apostolicorum exemptiones, et libertates dicti
Hospitalis, et suorum ministrorum in grave damnum
et evidens prejudicium dictorum principalium dicti
Procuratoris causis, et rationibus predictis, et pluribus
alijs in foro iure, iustitia, et ratione consistentibus. Tum
quia principium Privilegia, et precipue Sancte Sedis Apos
tolice, et Vicarij Christi, vices illius in terris gerentis, a
quo utraque iurisdictio spiritualis, et temporalis utrum
que gladium procedit debet esse inensuratam, et ab omnibus
observari, nec illud in aliquo violari licet. Tum quia nemo
debet in sua possessione seu quasi suarum exemptionum Pri
vilegiorum et libertatum in qua existit turbari, vexari, aut
molestari, sed id illa debet tueri, manuteneri, protegi, atque
defendi. Tum quia iustissima in omni casu locum habet
(quibusdam exceptis de quorum numero aliquis in presen
ti non occurrit). Verum cum ad nos, et ad nostrum officium

pertineat, congeteat, et spectet, iustitiam petentibus cam
bis ministrare, et Regnicolas presentis Regni contra forum
aggravatos defendere, et eos qui verisimiliter contra for
ma aggravari timent a suis gravaminibus, et oppre
ssionibus relevare, et illesos preservare, et non permit
tere per quempiam contra forum aggravari. Necnon quae
firma de foro in omni casu locum habet (quibusdam
exceptis, de quorum numero aliquis in presenti non
occurrit.) Idcirco per dictum Procuratorem nomine Pro
curatorio in quo supra firmatum extitit de directo in for
ma privilegiata, in et super iure usu et possessione seu qua
si predictorum Privilegiorum Apostolicorum, exemptionum
et libertatum dicti Hospitalis, et suorum Ministrorum
et eis utendi, et fruendi et super alijs omnibus, et singulis ante
dictis, de stando et parendo iuri, et de faciendo iustitiae com
plementum predictis superius nominatis et ceteris qui
buscumque dictis eius principalibus ratione predicta que
rellam habentibus: Fuimus ideo per dictum Procurato
rem requisiti quod V. D. ubisque alijsque Iudicibus, et
Officialibus, et personis superius nominatis, super hoc

scribere, ac presentium sive in forma privilegiata vos, et ves
trum quemlibet inhibere facere debemus. Quo circa ex par
te Maiestatis Domini nostri Regis, V. D. ubisque, alijsque
Iudicibus Officialibus, et personis desuper nominatis, et vestrum
quemlibet dicimus, ac presentium serie, vos, et vestrum quemli
bet in forma privilegiata, ad de Consilio aliorum Domino
rum Locumtenentium, Collegarum nostrorum Inhibimus
quatenus ne ratione predicta dictum Hospitale, nec principa
lis dicti Procuratoris illorum Officijs familiaritate, et exer
citio premissorum durantibus vexetis, turbetis, molestetis, aut
inquietetis, in iure, usu et possessionis dictorum suorum pri
vilegiorum et exemptionum, et alijs modis et formis predic
tis ad instantiam aliquarum personarum Corporum Univer
sitatum, aut Collegiorum nec alicuius eorum procedatis,
nec procedi faciatis iubeatis nec mandetis criminaliter, aut
civiliter seu mixtim ad captionem personarum dictorum Prin
cipalium dicti Procuratoris, seu alicuius eorum, illorum Of
ficijs familiaritate et exercicio predictis durantibus, capien
dum seu captos detinendum seu criminaliter citandum, et illas

GOBIERNO DE ARAGON

distringuendum, et compellendum ad subeundum iudicium co-
ram illius ad respondendum querelam de illis habentibus, tam
ratione delicti, ut pretenditur commissi intra illorum terri
torium respectivè et seu ratione contractus inibi, aut ratione
rei, super qua agere intendunt sibi consistentis: necnon ad
bona dicti Hospitalis, et dictorum principalium dicti
Procuratoris, inventariandum comprehendum, executandum
pignorandum, et distrahendum, ratione, et pretextu de-
lictorum contractus seu quovis alioque praetextu, procedimen-
ta, enantamenta indebitas et indebita valde preiudicialia
et preiudicialia faciendum predictorum privilegiorum
Apostolicorum exemptiones et libertates dicti Hospita-
lis, et suorum Ministrorum. Imo à dictis vocatis proces-
sibus, et enantamentis predictis cessetis penitus, et desista-
tis cessari, et desisti faciatis iubeatis sive mandetis in-
dilatè et si aliqua pignora premissorum occasione facta
sunt, vel in posterum fieri contingant illa dicto Hospi-
tali seu dictis principalibus dicti Procuratoris, et seu
alteri eorum restituatis, et restitui faciatis realiter et de

facto seu saltem eiusdem ad caplevandum detis. Et si in ali-
quo contra premissa, aut aliquod premissorum processistis, vel
procedi fecistis, iussistis seu mandastis, totum illud in continenti
revocetis et annulletis, revocari et annullari faciatis, iubeatis
sive mandetis, et ad pristinum statum reducatis, et reduci fa-
ciatis indilatè: et quod interim tamen premissorum co-
gnitione pendente nihil preiudiciale innovetis, aut innova-
ri faciatis, iubeatis, sive mandetis aliis, nisi feceritis
premissa, ut pretendit vestri, seu alicuius vestrorum
absentia seu contumacia in aliquo non obstantibus pro-
cedetur contra vos et vestrum quemlibet in et super pre-
missis prout fuerit fori iustitie etiam rationis. Certifi-
cantes V. D. vobisque, aliis prenominatis Iudicibus, et
Officialibus, et personis et earum cuilibet, quod origina-
lia instrumenta, et scripturas ad provisionem presentis
dictis litterarum obtinendam exhibita et fide facta remanent
penes huiusmodi Curiam in Processu presentis decretis fir-
me originaliter et in suis primis figuris debite et iux-
ta forum. Dat. Cesarauguste die tertio mensis Augusti
anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo
quadragesimo secundo. Post quartum Apidem [illegible]

rum concessionem, et emanationem dic presenti et infra scripto coram nobis et huiusmodi Curia iudicialiter comparuit Ignacius Pontac Causidicus Cesaraugustae tanquam Procurator dictorum Regidorum dicti sui Hospitalis, et Mathei Hernandez vezini loci del Moreajo Vacinarij eiusdem S.ti Hospitalis quo reg.t Nos Josephus Franciscus Moles I.V.D. Locumt.s Ill.mi D.ni Michaelis Marta militis Maiestatis Domini nostri Regis Consiliarij ac Justitiae Aragonum causae pres.tis relator dictam civiles ac celebrans mandavimus expediri dictas literas, sicuti firmae iam alias desuper concessae in favorem dicti Mathei Hernandez quia nobis constit de eius originali privilegio vacinarij. Dat. Cesaraugustae die trigesima prima Mensis Januarij Anno Domini Millesimo septingentesimo septuagesimo quarto. V.t Moles Locumtenens. Ill.mi D. D.ni Locumt.s pro Barone de Anes Not.s Petrus Serenula Notarius.

Signo de mi Miguel de Arandiga domiciliado en la ciudad de Daroca, y por autoridad Real

por todo el Reino de Aragon que la presente copia de su original les letras saque, y con aquellas bien y fielmente comprobe et signe.

Por todo el Reino de Aragon se
ha prevenido [illegible] el luego[illegible] de
[illegible] que [illegible] Agustin Pin[illegible]
[illegible] lo [illegible]